Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



meos dirigendo in finem debitum et in eternam salutem
et disciplina tua ipsa meos docebit promouendo ad
meliora
Nec mirmeze meo impediunt me angustie temporales
quoniam Latam fecisti caritatem meam operantem hi-
laritez etiam in his que subtus me sunt mortalibus ut
non habeam cor strictum per auaritiam uel iram vel huius
modi et sic non sunt infirmata per mala mundi vestigia
meorum operum que impressi mutanda sequentib⁹ me
Non sunt infirmata duo vestigia mea sed
Persequar inimicos meos qui doctrine mee obuiant et
comprehendam illos in ratione qua non habent quomodo
possint resistere et non conuertar ab incepatione illorum
donec deficiant
Confringam illos tribulationibus nec poterunt persue-
rare aduersum me sed potius cadent subtus meos pedes
plenarie mihi subiecti
Hoc totum est exeo quia tu domine Precinxisti me iu-
stitie ut patienter fortitudine inimicorum aduersa superem et
eos qui insana conspiratione contra me intumuerunt
sub plantis pedum meorum subiecisti
Inimicos meos iudeos aliquos eorum dedisti mihi
dorsum quia in salutiferam victoriam fugiti emerserunt
subito repiam facti discipuli mei ut paulus et alij plures
et eos qui in odio meo obstinati manserunt dispersisti
per orbem
In qua dispersione clamauerunt ad homines vel deos
quos toluerunt auxilium petentes sed non erat ex eis qui
saluos faceret eos quia solus deus potest saluare qui
deficiente eis auxilio humano clamauerunt ad dominum